

cellus: nō vult reddere: p suo computat. Nō putabat posse repeti: iam p suo habebat. Reddere detrectat: videat quod timeat amittere: et quod nolit habere. In dubium veniunt pecunia et fides: que p̄ciosior est ibi grauius damnū timendū ē. Tu autē vt aurū teneas: fidē perdis. Grauiori dāno pcuteris: et tu de lucro letat⁹ es. Ibi timuisti timorē: vbi non erat timor. Redde pecuniā: parū dico redde: p̄de pecuniā ne fidē p̄das. Tu autē reddere pecuniā timuisti: et fidē p̄dere voluisti. Martyres nō aliena tulerūt: sed etiā suam fidē ne amitterent: pp̄ria cōtempserūt. Et parū fuit p̄dere pecuniā quando passi sunt: p̄diderūt et animā suam. Quādo p̄scripti sunt p̄diderunt animā: vt in vitā eternā inuenirēt eā. Ergo ibi timuerūt vbi timendū est. Illi vero qui christo dixerūt: nō est deus: ibi timuerūt vbi nō erat timor. Dixerūt enī: Si dimiserimus eū: venient romani et tollēt nobis et locū et gentem. Stulticia et imprudentia: dicēs in corde suo nō est deus. Timuisti perdere terrā: perdidisti celū: timuisti ne venirēt romani et tollerent tibi et locū et gentē: nunquid tibi tollerent deū? Quid ergo restat? Quid nisi vt fatearis: q̄ tenere voluisti: et tenēdo male amisti? Perdidisti enī et locum et gentē occidendo christum: et p̄didisti et locū et gentē et christum. Timēdo occiderūt christū. Sed quare h̄c? **Quoniam deus dissipat ossa hominibus placentiū: et volentes placere hominib⁹ timuerūt p̄dere locū: Christus autē ipse de quo dixerūt: Nō est de⁹: maluit displicere hominib⁹ talib⁹: quales illi erant: filijs hominū nō filijs dei maluit displicere. Inde dissipata sunt ossa eorū: illius ossa nemo cōfregit. Confusi sunt quoniam deus spreuit eos.** Reuera fratres: quantū ad illos attinet magna illis accessit p̄fusio: In quo loco crucifixerūt dominū: quē ideo crucifixerūt ne perderēt et locū et gentem: non ibi sunt iudei. Deus ergo spreuit eos: et tñ frangendo admonuit illos vt q̄ cōuertātur. Nōdo cognoscāt christū: et dicant: de⁹ est quē dixerūt nō est deus. Redeāt ad hereditatē paternā: ad hereditatē Abrae Isaac et Jacob: possideant cū ipsis vitā eternā: et si vitā tp̄alē miserunt. Quare hoc? Quia ex filijs boīm facti sunt filij dei. Nā q̄diu manēt et nolunt: nō est qui faciat bonū: nō est vsq̄ ad vnū: p̄fusi sunt: qm̄ deus spreuit eos. Et tanq̄

Alia lra.
† dissipauit
† eorū q̄ boīm
placent

ad ipsos cōuersus. **Quis dabit ex syon salutare israel?** Stulti increpatis: insultastis: colaphizastis: sputis illinistis: spinis coronastis: in crucem erexistis. **Quē? Quis dabit ex syon salutare israel?** Nōne ipse quē dixistis: nō ē de⁹? **In avertendo dñs captiuitatē populi sui:** Nō enī auertit captiuitatē ppli q̄s: nisi qui voluit inter vestras man⁹ esse captiu⁹. S; qui hoc intelligēt: **Exultabit Jacob et letabit israel.** Vere Jacob et vere israel: minor ille cui seruiuit maior: ipse exultabit: quia ipse cognosceret.

Alia lra
† dñi puertere
deus
† pleb sue.

Explicit Tract. de ps. LIII.

Incipit Tract. de ps. LIII.

Psalmi huius titulus habet fructū p̄licitatis sue si intelligatur. Et quia psalmus breuis est: cōpense mus in mora tituli: quod in psalmo nō immorabimur. Inde enī pendet ois versus qui cantatur. Si quis itaq̄ cognoscat q̄s in domus fronte p̄fixū est: securus intrabit: nec cū intrauerit errabit. Hoc enī in ipso poste p̄notatū est: quomō interius nō eretur. **Titulus eius se ita habet. In finem in hymnis: intellect⁹ ipsi Dauid.** Cum venerunt ziphei et dixerunt ad Saul: Nōne ecce Dauid absconditus est apud nos? Quō Saul p̄secutor erat sancti viri Dauid optime nouim⁹: q̄ figurā gerebat Saul tp̄alis regni: nō ad vitā: sed ad mortē p̄tinētis. et hoc vestre caritati nos cōmēdasse meminimus. Itēq̄ q̄ ipse Dauid figurā gerebat christi: vel corpis christi: et nosse debetis: et recolere quod iam nostis. **Quid ḡ ziphei? Sic quidā erat ziph: cuius habitatores ziphei: in quorū regione se abscondērat Dauid: cū eū vellet Saul inuenire et occidere.** Isti ḡ ziphei cū hoc cognouissent: p̄diderūt eū regi p̄secutori dicentes: Nōne ecce Dauid absconditus est apud nos? Nihil quidez p̄fuit illis p̄ditio eorū: et ipsi Dauid nihil obfuit. Nāq̄ animus eorū malignus demōstratus est. Saul vero nec post eorū p̄ditionē potuit cōprehendere Dauid: sed pot⁹ in ipsius regionis quadā spelūca: cū ei⁹ manib⁹ datus esset occidēdus Saul: pepcit illi Dauid: et q̄s habebat in p̄tate non fecit. Ille autē q̄ rebat facē q̄s in p̄tate non habuit. Ziphei ḡ illi viderunt q̄ fuerint: quos nobis psalm⁹ ex illorū occasione intelligēdos offerat videamus. **Queram⁹ ḡ quid interpretent ziphei? Inuēim⁹ florētes. Florētes ḡ nescio**

qui inimici erāt sancto Dauid : florētes la-
tenti: Inueniam⁹ ḡ eos in genere hūano:
si psalmū intelligere volum⁹. Inueniam⁹
hic primo Dauid latentes: ⁊ inueniem⁹ ei
aduersarios florētes. Attende Dauid la-
tentē. Mortui em̄ estis: dic̄ Ap̄ls: mēbris
christi: ⁊ vita v̄ra abscondita est cuz christo
in deo. Isti ergo latētes q̄n erūt florentes:
Cū christus inquit apparuerit vita vestra:
tūc ⁊ vos cū illo apparebitis in gl̄ia. Quā-
do erunt isti florētes: tunc erunt illi ziphei
arescētes. Cui nanq; flori illorū comparet
gloria attende: Omnis caro fenum: ⁊ oīs
honor carnis vt flos feni. Quis finis: Fe-
nū aruit ⁊ flos decidit. Tunc vbi erit Da-
uid: Vide qd sequitur: Verbū autem do-
mini manet in eternū. Illa ergo duo gene-
ra hominū sunt: que ⁊ distinguere debetis:
⁊ eorū alterū eligere. Quid em̄ nosse tibi p-
dest: si eligere piger es? Equidē nūc eligen-
di potestas adiacet: veniet t̄pus q̄n tibi po-
testas deest eligendi: cū iam deus senten-
tiā nō differet iudicandi. Qui sunt em̄ isti
florētes ziphei: nisi corp⁹ illud Boech idu-
mei: de quo iam locuti sumus caritati v̄re
ante paucos dies: de q̄ dictū ē: Ecce hō q̄
nō posuit deū adiutorem suū: sed sperauit
in multitudine diuitiarū suarū ⁊ preualuit
in vanitate sua: Isti sunt florentes filij se-
culi: q̄s mō ex euāgelio audistis: qz in sua
gnatiōe astutiores sūt filijs lucis. Etenim ip-
si vidētur p̄spicere in posterū: quo nesciūt
vtrū veniāt. Audisti quid fecerit domino
suo villicus ille faciens sibi bonū de reb⁹
domini sui: ⁊ largiēs debitoribus illius: vt
cum amotus esset a villicatione suscipere-
tur ab eis: ⁊ q̄uis fraudez fecerit domino
suo: tamē cor eius laudauit domin⁹ eius:
nō attendens ad damnū suum: sed ad ei⁹
ingeniū: quantomagis nos debemus ip̄o
domino nostro Jesu christo admonēte fa-
cere nobis amicos de māmona iniquita-
tis. Māmona enim diuitie interpretātur.
Nostrē autem diuitie ibi sunt vbi est dom⁹
nostra eterna in celis. Proinde pecuniaz
temporalē illi appellāt diuitias: qui nisi tē-
poraliter florere non possunt: nec in eternū
sibi ex his amicos facere volūt: quia veras
diuitias non nouerūt. Has ergo diuitias
sola iniquitas putat: florens ad tempus vt
fenū. Hi sunt ziphei inimici Dauid floren-
tes in seculo. Hos aliquādo attendūt etiā
filij lucis infirmi: ⁊ nutant eis pedes cū vi-
derint malos felicitate florere: dicūt apud

seipos: quid mihi p̄dest innocētia: Quid
mihi confert qd deo seruiō: qd mandata ei-
us custodio: qd neminem premo: nemini
aliquid rapio: nulli noceo: qd possuz p̄sto:
Ecce hec omnia facio: ⁊ florent illi: ego la-
boro. Quid em̄ ⁊ tu zipheus vis esse: Flo-
rent in seculo: arescent in iudicio: ⁊ post
ariditatē in ignem mittentur. Hoc velis ⁊
tu: ignoras quid tibi pmiserit q̄ ad te venit:
qd in seipso hic ostēderit. Si flos zipheorū
appetendus esset: ipse domin⁹ tuus nōne ⁊
in hoc seculo florisset: An vero deerat il-
li vt hic posset florere: S; h̄ maluit inter zi-
phos latere: ⁊ dicere pontio Pilato inter-
roganti tanq; ⁊ ipsi flori zipheorū: ⁊ suspe-
cto de regno eius: Regnū meū non est de
hoc mundo. Ergo hic latebat: ⁊ omnes bo-
ni latent hic: quia bonū eorū intus est: ab-
scōditū est: in corde est: vbi fides: vbi cari-
tas: vbi spes: vbi thesaurus illorū. Nun-
quid hec bona apparent in seculo: Et hec
bona latent: ⁊ horū bonorū merces lateret.
At vero dignitas seculi quō alba ē: Nutet
ad t̄ps. Nūqdā sp̄ nitebit: Herba ē hyema-
lis: vsq; ad estatē viret. Nō ergo fiet in ani-
mo quod in alio psalmo inuenim⁹. Confite-
tur em̄ quidā p̄ se cecidisse nutantē: ⁊ la-
basse gressus suos ambulantes in via dei:
dū aspiceret florem quēdā felicitatēq; ini-
quorū: ⁊ postea q̄ cognouit qd iniquis in
fine seruaret deus: ⁊ quid iustis laboranti-
bus pmitteret qui falli nō pōt: agens gra-
tias de hac cognitione ait: D; bon⁹ israel
de⁹ rectis corde. Quare h̄ dicit: Mei autē
inquit pene cōmoti sūt pedes. Cū: Quia
zelauit in peccatoribus: pacē peccatorū in-
tuens. Cōfirmati sūt autē gressus ei⁹ postea
q̄ itellerit nouissima. Hoc em̄ i eodē psal-
mo paulopost dicit: Hoc labor est añ me:
id est magna mihi questio surrexit in cor-
de: quare homines male faciunt: ⁊ in secu-
lo florēt. Multi autē bñ agūt: ⁊ i hac terra
laborāt. Questio ergo ista cū magna esset
añ oculos meos: ⁊ laboriosa ad inuestigā-
dū: labor est inq̄t añ me: donec introeaz in
sanctuariū dei: ⁊ intelligam in nouissima.
Que sunt ista nouissima: Que: nisi que sci-
mus iam in euāgelio p̄nunciata: Cum em̄
venit filius hoīs: gregabuntur ante eū
omnes gentes: ⁊ sepabit eos: sic pastor se-
gugat oues ab hedis: Oues ponet ad de-
xterā: hedos ad sinistram. Ecce iam illi zi-
phei sepabuntur: flāma sequit̄ separationē:
Tibi est flos eorū qui iā ad sinistrā stabūt

None tunc ingemiscunt: Nonne tunc sera penitētia torquebūtur: et dicent: quid nob̄ p̄fuit supbia: et diuinarū iactantia q̄d p̄tulit nobis: Transierūt omnia illa tanq̄ vmbra: **Q** ziphei ad sinistrā stantes: sero penitet vos in vmbra floruisse. Quare Dauid quē p̄debatis inter vos latere nō agnoscebat: Tunc em̄ si corrigerem: dolor iste in fructuosus nō eēt. Est. n. dolor fructuosus et infructuosus. Fructuosus dolor nūc est cū te accusas: cū in te rep̄hēdis malos mores tuos: cum rep̄hēdis p̄sequeris: p̄secutos excludis: illisq̄ exclusis imitaris: exuens te veterem hominē: induens nouū: eligens potius christi opprobriū: q̄ florem zipheoz. Porro si tibi contigerit habenti in occulto bonū tuum et latēti inter zipheos: habenti etiam in occulto promissionē mercedis tue aliqua sublimitas seculi: noli extolli: nā si elatus ex illa fueris cades in florem zipheoz. Sic em̄ mulier quedā sancta Hester in illo tunc populo iudeoz: cū esset vxor regis alienigene: ventū est ad piculū ciuiū: vt deprecaretur regē p̄ ciuibus suis: cepit orare: et in ipsa oratione cōfessa est: illa omnia insignia regalia sic sibi eē velut pannū mēstruate. Si hec mulieres possent: viri nō p̄nt: Et si hec potuit mulier iudea: nō poterit ecclesia christiana: Hoc. n. dixerim caritati vestre: diuitie si affluāt ne apponatis cor. Abundent lz et sequat te p̄ speritas seculi: tu mari noli credere: nec rident: diuitie si affluant: si abundant: calceas: et suspendere ex deo tuo. Quis em̄ eas subter te habuerit: et ex illo pependens: cū fuerint subtracte non cades: ne forte p̄ malam cogitationē minimeq̄ christianam: fiat in te q̄d dicit in alio psalmo cōmemorato flore istorū zipheozum. Nimis enim inquit p̄funde facte sunt cogitationes tue. Deo dicitur: nimis p̄funde facte sunt cogitationes tue: vir imprudēs nō cognoscet: et stultus non intelliget hec. Quid nō intelliget: Cum exoriuntur peccatores sicut fennum: et plongati fuerint omnes qui operantur iniquitatē: vt intereant in seculum seculi: delectabit eos flos malozum. Dixerunt ap̄d se: ecce mali florēt: puto malos amat deus: et delectatur temporali flore iniquozum: cōuersi sunt ad iniquitatē vt interirent: nō ad tempus sicut illi florēt: sed in seculū seculi. **U**n hoc: Quia vir imprudēs nō cognoscet: et stultus nō intelliget hec: nō intrās in sanctuariū dei: vt itelligat in nouissima.

Et quia difficilis est aliquantulū intellectus hic: inde cepit psalmus iste: vt Dauid lateret inter zipheos: nec delectaretur flore zipheoz: sed eligeret potius inter illos humilitatē: vt haberet apud deū absconditā claritatem. Quid ergo ei tribuitur in hoc titulo: In finē in hymnis: hoc est in laudibus. Quibus laudib⁹: Dñs dedit dñs abstulit: sicut dño placuit: ita factū est: sit nōmē dñi b̄ndictū. Quasi videbat aruisse p̄dita omni substantia: Absit. Folia ceciderit: radix vivebat. Ergo in finem in hymnis. Quid ē intellect⁹ ipi Dauid: Intellectus p̄tra illud: Vir imprudēs nō cognoscet: et stult⁹ nō intelliget hec. Intellect⁹ ipi Dauid: cū venerūt ziphei et dixerūt ad Saul: Nonne ecce Dauid abscondit⁹ est ap̄d nos: Et si absconditus est apud vos: dūmodo nō floreat sicut vos. Audi ḡ vocē eius.

Expositio psalmi.

Deus in noie tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me. Hoc dicat ecclesia latens inter zipheos: hoc dicat cor chustianum habens in occulto bonū morū suozum: sperās de occulto mercedē meritoz suoz: h̄ dicat: Deus in noie tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me. Genisti o christe: hūilis apparuisti: p̄ceptus es: flagellat⁹ es: crucifix⁹: occisus es: h̄ tertio die resurrexisti: q̄dragesimo die in celū ascendisti: sedes ad dexterā patris et nemo videt: spiritū tuū inde misisti: acceperūt digni impleti amore tuo: laudē ipsius humilitatis tue p̄ mundoz gentesq̄ predicauerunt. Nomen tuum video excellere in genere humano: sed tamen infirm⁹ nobis predicatus es. Neq̄ em̄ et ille doctor gentiuz dixit aliquid inter nos se scire: nisi christum Jesum et hunc crucifixum: vt eius eligeremus opprobriuz: magis q̄ gloriam florentium zipheozum. Verum tamē de illo quid ait: Et si mortuus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute dei. Genit ergo vt moreret ex infirmitate: ventur⁹ est vt iudicet in virtute dei: sed p̄ infirmitatē cruci clarificatū est nomen ei⁹. Quisq̄ nō crediderit in nomen clarificatum p̄ infirmitatē: expauescet ad iudicem cū venerit in virtute. Ne autem quondam ille infirmus cum venerit fortis vtilabro illo ad sinistrā nos mittat: saluet nos in nomine suo: et iudicet nos in virtute sua. Quis em̄ hoc tā temerarius optauerit: vt dicat deo: iudica me: Nonne p̄ maledicto dici solet tob⁹: iudicet

te deus: Ita plane: est maledictum si iudicat te in virtute sua: sed si non te saluauerit in nomine suo. **C**um vero in nomine precedente saluauerit: salubris in virtute consequente iudicabit. **S**ecurus esto: iudicium illud non tibi erit puniatio sed discretio. **N**am et in quodam psalmo ita dicit. **J**udica me deus et discerne causam meam de gente non sancta. **Q**uid est iudica me? **D**iscerne me a zipheis inquit quos lateo. **P**ertuli eorum flores: iam veniat et flos meus. **E**t illos qui de flos fuit temporalis: et arescete feno deciderit: flos autem meus quos erit: **P**lantati in domo domini: in atribus domus dei nostri florebut. **R**emaneat enim et nobis flos: sed qui non cadat sicut folium plantati illi ligni iuxta aquas: de quo dictum est: **E**t folium eius non decidet. **D**eus ergo in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me. **D**eus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. **P**erueniant ad aures tuas verba oris mei: quia non flores zipheorum a te desidero. **A**uribus percipe verba oris mei. **T**u percipe. **N**am zipheis et si sonet oratio mea non audiunt: quia non intelligunt. **T**emporalibus quippe gaudet: bona eterna desiderare non nouerunt. **A**d te perueniat oratio mea: ex desiderio eternorum tuorum beneficiorum excussa et iaculata: ad aures tuas emitto eam: adiuua eam ut perueniat: ne deficiat in itinere medio: et quasi collapsa corruat. **S**ed non mihi eueniunt modo bona que postulo: securus sum tamen quia postea veniet. **N**am et in delictis dicit quodam rogasse deum: et non exauditus bono suo. **B**esideria enim secularia incitauerunt illum ad orandum: et in tribulationibus temporalibus optauerat ut transirent tribulationes temporales: et rediret flos senis: et ait. **D**eus meus deus meus ut quod me dereliquisti: **G**loria ipsa christi est: sed per membris suis. **V**erba inquit delictorum meorum clamavi ad te per diem nec exaudisti: et nocte et non ad insipientiam mihi: id est: et nocte clamavi et non exaudisti: et tamen si ipsum quod non exaudisti: non ad insipientiam mihi non exaudisti: sed magis ad sapientiam non exaudisti: ut intelligerem quod a te petere deberem. **E**a enim petebam: que malo meo fortassis acciperem. **P**etis diuitias o homo: quanti euersi sunt per diuitias suas: **U**nde scis: utrum tibi sint profuturæ diuitie: **N**onne multi pauperes tutius latebant: diuites facti mox ut lucere ceperunt: preda fortioribus fuerunt: **Q**uanto melius lateret: quanto melius nescirent: que ceperunt quam non propter quod erant sed propter quod habebant. **I**n his ergo temporalibus fratres admonemus vos: et exhortamur in do-

mino: ut non petatis aliquid quasi fixum: sed quod vobis deus expedire sciat. **Q**uid enim vobis expediat omnino non scitis. **A**liqui quod putant potest esse obest: et quod putatis obesse sed potest. **E**gri enim estis: nolite medico dictare que vobis medicamenta velit apponere. **S**i doctor gentium **P**aulus apostolus dicit. **Q**uid enim orebus sicut oportet nescimus: quod stomachus nos: **Q**ui tamen cum sibi videret etiam ipse prudentem orare: ut ab eo auferret stimulum carnis: angelus sathane qui eum colaphizabat: ne in magnitudine revelationum extolleret: quid audiuit a domino: **N**umquid factum est quod volebat: **N**o: ut fieret quod expediebat. **Q**uid ergo audiuit a domino: **T**er inquit rogavi dominum: ut auferret eum a me: et dixit mihi: **S**ufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. **E**go medicamentum ad vulnus posui: quam posuerim noui: quam auferendum sit noui. **N**o recedat egrotus a manibus medici: non det consilium medico. **I**ta sunt omnia ista temporalia. **T**ribulationes sunt. **S**i bene colis deum: nouerit quia nouit quid cuique expediat. **P**rosperitates sunt magis cauende: ne ipse corrumperet animam tuam: ut ab eo que hec dedit recedat. **E**rgo iste intelligens quod ait: **D**eus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. **Q**ui alieni insurrexerunt aduersus me. **Q**ui alieni: **N**one ipse dauid iudeus erat de tribu iuda: **I**pse autem locus ziph ad tribum iuda pertinebat: iudeorum erat. **Q**uod ergo alieni: **N**o ciuitate: non tribu: non cognatione: sed flore. **N**am vis nosse alienos istos: **I**n alio psalmo filii alieni dicti sunt: quorum os locutus est vanitatem: et dextera eorum dextera iniquitatis. **E**t enumerat flores zipheorum: quorum filii velut nouelle constabunt in iuuentute sua. **F**ilie eorum compositæ et ornate sicut similitudo templi. **C**ellaria eorum plena eructantia ex hoc in hoc. **Q**ues eorum secunde multiplicantes in exitibus suis: boues eorum crasse: **N**o est ruina sepis: nec exitus nec clamor in plateis eorum. **S**ed vide zipheos: vide ad tempus florentes. **B**eatum dixerunt populum cui sunt. **A**derito filii alieni. **T**u quod latens inquit zipheos: **B**eatissimus populus cuius dominus deus ipsius. **E**t hoc affectu hec oratio mittit ad aures domini cum dicitur: auribus percipe verba oris mei: quia alieni insurrexerunt aduersum me. **E**t potentes quesierunt animam meam. **N**ouo enim modo fratres mei volunt perdere genus sanctorum: et ab huius seculi spe abstinentium. **O**mnes que spem habent in isto se-

culo: certe cōcreti sunt: certe sibi viuūt. **De** hement sibi aduersa sunt ista duo genera: vnū eorū q̄ nō ponūt spes: nisi in reb⁹ secularib⁹ z tpali felicitate. z alter eorū q̄ spes suā in dño deo suo firmē ponūt. Et cū cōcordes sunt isti ziphei: noli tu multum credere p̄cordie eorum: temptatiōes defunt. **Ubi** venerit aliq̄ temptatio: vt arguat aliq̄s p̄ flore seculi: nō dico tibi offendit episcopū: s̄ nec ad ip̄am eccliaz accedē vult: ne cadat aliqd̄ feni. **Quare** ista dixi fr̄es? **Quia** mō libent̄ audistis oēs in noīe christi: z quēadmodū intelligitis ita exclamatis ad v̄bum: nō vtiq̄s acclamaretis nisi intelligeretis. **Intellectus** iste vester fructuosus esse debet. **Utrū** aut̄ fructuosus sit: temptatio interrogat: ne subito dū dicimī nri p̄ temptationē iueniamī alieni: z dicatur: **Alieni** insurrexerūt aduersum me: z potētes q̄sierūt aīaz meā. **Nec** dicat qd̄ sequit̄. **Nō** p̄posuerunt deū an̄ p̄spectus suus. **Qñ** enī ponit an̄ p̄spectū suū deū. an̄ cuius p̄spectū non est nisi seculū: **Quō** sit numus sup̄ numum: quō augeant̄ greges: quō impleant̄ apothecae: quō dicatur aīe: habes mlt̄a bona: iocū dare: epulare: satiare: **Numqd̄** ponit an̄ p̄spectū suū illū: q̄ sic gloriāti z ita flore zipheorū intēti dicit: stulte: h̄ est nō intelligēs: vir imprudēs hac nocte auferet̄ aīa tua: h̄ oīa q̄ pasti cuius erūt: **Nō** p̄posuerūt deū an̄ cōspectus suus. **Ecce** enī deus adiuuat me. **Et** ipi nesciūt int̄ q̄s lateo. **Si** aut̄ deus et ipi p̄onerēt an̄ p̄spectū suū: inuenirēt quēadmodū me adiuuat deus. **Oēs** enī facti adiuuant̄ a deo: s̄ intus vbi nemo videt. **Quō** enī maḡ est pena impiorū cōsciētia: sic magnū gaudium pioz ip̄a p̄scia. **Nam** gl̄a nra h̄ est (dixit ap̄ls) testimoniū p̄sentie nre. **In** hac gloriā ista intus: nō in flore zipheorū foris: q̄ mō ait: **Ecce** enī deus adiuuat me. **Proz**us q̄uis longe futura sunt q̄ p̄mittit: hodie mihi dulce z p̄ns est adiutorū. **Hodie** in cordis mei gaudio iuenio: qz sine cā dicūt qd̄dā: **Quis** ondit nobis bōa: **Signatū** est sup̄ nos lumen vult⁹ tui dñe: dedisti iocunditatē in cor meum. **Nō** i vineā meā: nō i gregē meū: nō i cuppā meā: nō in mēsa meā: s̄ in cor meū. **Ecce** enī deus adiuuat me. **Quō** te adiuuat: **Et** dñs susceptor ē aīe mee. **Auer** te mala inimicis meis: **Sic** quō virēt: sic quō florēt: igni huāt. **In** v̄tute tua disp̄de illos. **Putā** qz florent mō: putā

Alia lra
ter non

Alia lra
t̄ veritate

qz exoriunt̄ sicut fenū: tu noli esse vir imprudens z stult⁹: vt h̄ attendendo intereas in seculū seclī. **Auert**et enī mala inimicū meis. **Nam** si tu fueris in corpe ip̄ius Dauid: in v̄tute sua disp̄det illos. **Isti** florēt felicitate seculi: peunt in v̄tute dei. **Non** quō florent sic peunt. **Floret** enī ad tps: peunt in eternū. **floret** falsis bonis: peunt veris tormentū. **Et** in v̄tute tua disp̄de illos: q̄s i in firmitate tua tolerasti. **Volūtarie** sacrificabo tibi. **Quis** hoc bonuz cordis vel intelligere pōt alio: dicēte si nō in seipo gustaret: **Quid** ē volūtarie sacrificabo tibi: **Bicā** tñ: capiat q̄ pōt: quō pōt. **credat** q̄ non pōt: oret vt possit. **Numqd̄** tñ istum v̄sum ita p̄terire debem⁹: vt eū vob̄ nō cōmendem⁹: **Bico** caritati v̄re: iuuat me satis amor ip̄ius aliqd̄ de illo loq̄: z gratias ago deo qd̄ intente auditis. **Si** aut̄ vos stidentes audire p̄spicerem: inuit⁹ ab hoc v̄su silerē: z tñ in corde meo q̄tum dñs dignaret̄ p̄cedere non silerē. **Veniat** ḡ in linguaz: qd̄ corde p̄ceptū est. **p̄ma** voce: qd̄ mente huāt. **Bicamus** vt possumus qd̄ sit volūtarie sacrificabo tibi. **Qd̄** enī sacrificium h̄ accipiā fratres: **Aut** qd̄ digne offeram dño p̄ miscdia eius: **Uctimas** q̄ram de grege ouiu: arietē eligam: taurū aliq̄ē in armentis p̄spiciā: thura certe de fra sa beorum offeram. **Quid** offeraz: qd̄ faciāz nisi quod ait: **Sacrificium** laudis honorificabit me: **Quare** ḡ volūtarie: **Quia** gratis amo qd̄ laudo. **Laudo** deū: z in ip̄a laude gaudeo. **Ip̄ius** laude gaudeo: q̄ laudato nō erubescō. **Non** enī quēadmodū laudatur a studiosis theatricaz nugarum vel auriga v̄l venator v̄l q̄libz h̄strio: z a laudatorib⁹ suis inuitāt: alij laudatores z exhortant̄ vt p̄ter clamēt: z cū oēs clamauerint: plerūq̄ illo victo oēs erubescūt. **Nō** ita est dñs n̄r. **Laudet** volūtate: amē caritate: gratuituz sit qd̄ amat z qd̄ laudatur. **Quid** est ḡtuitū: **Ipe** p̄pter se nō propter aliud. **Si** enī laudas deū vt det tibi aliqd̄ aliud: iam nō gratis amas deū. **Erubesceres** si teyroz tua p̄p̄ diuitias amaret: z forte si tibi paup̄tas accideret: s̄ adulterio cogitaret. **Cū** ḡ te a piuge ḡtis amari vel: tu deū p̄pter aliud amabis. **Qd̄** p̄miū accepturus es a deo o auare: **Non** tibi terrā: s̄ seipm̄ huat: q̄ fecit celū z terrā. **Volūtarie** sacrificabo tibi: noli ex necessitate. **Si** eniz p̄pter aliud laudas deū: ex necessitate laudas. **Si** adesset tibi qd̄ amat: nō laudares

deū. Vide qđ dicā: Laudas deū (vbi grā) vt tibi det āplā pecuniā. Si haberes aliū de amplā pecuniā nō a deo: nunqđ laudas deū. Si ḡ ppter pecuniā laudas deū: nō volūtariē sacrificas deo: s̄ ex necessitate sacrificas: qz pter illū nescio quid aliud amas. Inde dictū ē: Volūtariē sacrificabo tibi. Contemne oīa: ipm attende: et hec q̄ dedit ppter dantē bōa sunt. Nā dat pro: sus: dat ista tpalia. Et q̄busdā bono eorū: et q̄busdā malo eorū: s̄m altitudinē et p̄fūditatez iudiciorū suorū. In quoz iudiciorum abyssō expauit aplūs dicēs: **Q**ualtudo diuitiaz sapie et scie dei: q̄ incōphensibilia sūt iudicia eius: et inuestigabiles vie ipius. Quis enim inuestigabit vias eius: aut q̄s comprehendit consilia eius: **M**ouit qñ det: cui det: qñ auferat: et cui auferat. **P**ete tu in h̄ tpe: qđ tibi psit in posterum: pete qđ te adiuuet in eternū. **I**pm autē gratis dilige: Quia meli⁹ ab eo nō inuenis qđ det: q̄ seipm. Aut si inuenis meli⁹: h̄ pete. **V**olūtariē sacrificabo tibi. Quare voluntarie: Quia gratis. **Q**uid ē gratis. **E**t cōfitebor nomī tuo dñe qm̄ bonū est. **N**ihil aliud nisi qz bonū ē. **N**ūqđ ait: cōfitebor noi tuo dñe: qz das mihi aux et argētum: qz das mihi fructuosa p̄dia: quia das mihi latas diuitias: amplā pecuniā: excellentissimā dignitatē. **N**ō. **S**z qđ: Quia bonū ē. **M**eli⁹ nihil inuenio q̄ nomē tuū: **I**ō p̄fitebor noi tuo dñe qz bonū ē. **Q**m̄ ex oī tribulatioe eruiisti me. **I**ō intellexi qz bonū est nomē tuū. **N**ā si h̄ possem añ tribulatioes cognoscere: forte mihi necessarie nō fuissent. Sed adhibita est tribulatio ad admonitioez: admonitio facta est ad tuā laudatioz. **N**ō enī intelligerē vbi essem: nisi de infirmitate mea admonit⁹ esse. **E**t oībus ḡ tribulatioib⁹ eripuiisti me. **E**t sup inimicos meos respexit ocul⁹ meus. **S**up illos zipheos respexit ocul⁹ me⁹. **F**lorē q̄ppe illoz transij altitudie cordis: et pueniēs inde ad te: respexi sup illos: et vidi qz oīs caro fenū et oīs claritas hoīs sicut flos feni: sicut quodam loco dicitur: **V**idi impiū superaltari et eleuari sicut cedros libani: transij: et ecce nō erat. **Q**uare nō erat: Quia transisti. **Q**uid est qz transisti: Quia nō sine causa sursū cor habuisti: qz non in terra vbi putresceres remansisti. qz leuasti aiām tuā ad deū: et transcendisti cedros libani: et de illa celsitudine attēdisti: et ecce nō erat: et q̄sisti eū: et nō est inuentus

locus ei⁹. **N**ā labor nō est añ te: qz transisti in sanctuariū dei: et intellexisti i nouissima. Sic et h̄ ita pcludit. **E**t sup inimicos meos respexit oculus me⁹. **H**oc ḡ agite fr̄es cuz animis v̄ris: erigite corda vestra: expolite aciē mētis v̄re: discite gratis diligere deū: discite p̄ns p̄tēnere seculū: discite voluntarie sacrificare hostiā laudis: vt transcēdētes florem feni: respiciatis sup inimicos vestros. **E**xPLICIT Tractatus de ps. LIII.

Incipit Tractatus de ps. LIII. **P**salmi hui⁹ titulus est. **I**n finē in hymnis intellectus ipsi dauid.

Quis sit finis cōmemoram⁹ qz notis. **F**inis enī legis ch̄rist⁹ est ad iusticiā oī credēti. **I**ntētio enī dirigitur i finē: dirigat in xpm. **Q**uare finis dicitur: **Q**m̄ q̄cqd agim⁹ ad illū referim⁹: et cū ad eū puenerim⁹: vltra qđ queram⁹ nō habebimus. **B**icit enī finis q̄ p̄sumit: et dicit finis qui p̄ficit. **A**lter q̄ppe intelligim⁹ cum audim⁹. **F**init⁹ est cibus q̄ manducabat: et alit intelligimus cū audimus: finita est vestis q̄ terebat. **I**n vtroqz audim⁹ finituz ē: sed cibus vt iā nō esset: vestis vt p̄fecta esset. **F**inis ḡ n̄ p̄fectio n̄ra esse debz: p̄fectio n̄ra ch̄rist⁹. **I**n illo enī p̄ficimur: qz ip̄sius capitis mēbra sum⁹. **E**t dictus ē finis legis: qz sine illo nēo p̄ficit legē. **C**ū ḡ auditis i psalmis: **I**n finez. multi enī psalmi ita scripti sunt: non sit via cogitatio in cōsumptionē s̄ in p̄summatioz. **I**n hymnis i laudib⁹. **S**ive enī tribulemur et angustiemur: siue letemur et exultem⁹: ille laudād⁹ ē: q̄ et i tribulatioib⁹ erudit: et i leticia p̄solat nos. **L**aus enī dei a corde et ore ch̄ristiani recedere nō debz. nō vt laudet i p̄speris: et maledicat in aduersis: s̄ quemadmoduz psalmus ille p̄scribit. **B**ndicā dñm in omī tpe sp̄ laus ei⁹ in ore meo. **B**audes: aḡsce patrem blandientē. tribularis: agnosce p̄rem emendatē. **S**ive blādiat siue emēdet: cuz erudit cui parat hereditatē. **Q**uid ē ḡ intellectus ipsi dauid: **E**rat qđē dauid vt nouimus p̄pha sc̄tūs: rex isrl: filius iesse: s̄ qz ex eius semie veit ad salutē n̄ram s̄m carnem dñs **J**esus x̄ps: sepe illo noīe iesse figurat: et dauid p̄ ch̄risto in figura ponit p̄p̄ originem carnis ip̄i. **N**ā s̄m aliqd̄ fili⁹ ē **B**auid: s̄m aliqd̄ dñs ē dauid. fili⁹ **B**auid s̄m carnē: dñs **B**auid s̄m diuinitatē. **S**i enī p̄ ip̄m facta sunt oīa: p̄ ip̄m et ip̄e dauid fact⁹ ē: ex cui⁹ semie veit ad hoīes. **P**roinde cū interrogassz dñs iudeos: cui⁹ esse filiū ch̄ri

Alia lra
teripuiti

Alia lra
desperit